perficiat. Deus vos omnes et singulos Spiritu sui gratia soletur, et in fide et Christiana patientia obfirmet; Bene Valete 24 7br. 1625. Basileae. 1625.

A Messieurs
Messieurs les Pasteurs de
l'eglise Chrestiane
a Francxenthal.

Vrae pti
omni studio et officio
addictissimus
P. Brederodius

263.

S. P.

Honorandi et Charissimi Fratres in Christo.

Quas 20 superioris mensis Franckothalio ad me literas dedistis ante decem et amplius dies fideliter mihi redditae fuerunt. Ex iisdem libens agnovi, meam et collectarum in usum Egenorum Palatinatus quaerendarum solicitudinem Vobis gratam esse: Nec est quod de ulla remuneratione soliciti sitis. Scopus enim meus in eo supremus est, Egenis Christi membris pro virili mea opem ferre. Hoc si assecutus fuero, nihil ultra peto. Literis vestris acceptis, confestim ad ministerium Bernense scripsi, ut non solum distributionis prioris partis collectae Inclytae Reip. Bernensis, formam mihi à distributoribus transmissam per Senatum Illius Reipublicae primo quoque tempore approbavi, sed et alteram collectae partem ad Distributores transmitti, curare velint: Et certo scio, à Venerando Bernensis Ecclae Ministerio non stetisse, quo minus mox à literis meis acceptis, approbatio illa, et reliquum Collectae missum fuerit: Verum incidit nostra instantia circa vindemiarum occupationes: quibus durantibus plerique Senatorum primorum Illius Reip. ad eam colligendam septimanas quinque vel sex, ad decem et plura milliaria ab urbe absunt; Quorum reditus necessario fuit expectandus, antequam in alterutro aliquid statui potuerit. Recentissimis autem Dni Veirasii Reg. Boh. Secretarii literis certior jam factus fui, Senatorum illorum majorem partem domum reversam, eorumque approbationem et reliqui transjectionem mox subsecuturam: Itaque vos et alios bonos

animo esse jubes. Intra paucas etenim septimanas, vel ad summum circa festum Nativitatis Christi, non prioris tantum sed et alterius partis Collectae illius distributio, uti confido, perficietur. Utinam vobis ex Basileensi collecta tanta portio assignari potuisset, quanta necessitatibus vestris non sublevandis, sed tollendis suffisset satis; sed indigentium numerum scitis esse permagnum atque aliorum quoque parem rationem habendam fuisse. Quorum incrementum cum ex indies magis magisque ingruentibus calamitatibus facile provideri possit, necessarium esse putavi, vos monere, ut in tempore de remediis pro publica pauperum egestate sublevanda cogitetis. Quod a vobis à me viam, ad impetrandum ab Ecclesiis Anglicanis subsidium monstrari desideretis, eidem in eo libenter operam meam commodabo, si modo aliquid à me, ad petitionem vestram promovendam praestari posset. Consilium meum esset, antequam pro collecta aliqua obtinenda, ad Illustrissimos Ecclesiarum Anglicanarum Antistites, literas supplices mittatis, prius apud Ecclesiae Gallicanae et Belgicae Ministros, necessitatem, quae vel Ecclesias vestras particulares vel totius Inferioris Palatinatus affligunt, extreme accuratis literis exponere, ab iisdem subsidium suppliciter rogari; ipsis significare, jam aliquid auxilium ab Ecclesiis et rebuspublicis Helveticis Evangelicis latum; Caeterum illud tantae necessitati, tantisque calamitatibus sublevandis minime sufficere, etc. atque ideo vos ad ipsorum quoque auxilium confugere eosdemque fraterne rogare, ut non solum veras calamitates atque egestatem Ecclesiis repraesentare, et ad commiserationem populum suum exhortari, verum vos etiam consilio juvare velint, quo apud Anglicanas etiam Ecclesias Collectam obtinere possitis: Has literas inscribetis, et Messieurs Tres-honorés freres, Les pasteurs de l'Eglise de Jesu Christ, retirée à Londres: Similesque literas dirigere potestis ad Ministerium Ecclesiae Belgicae; Et si alia vobis com-

modior

modicior via non adfulserit, literas vras commendare poteritis dno Bilderbeeckio, Illustrissimorum Dominorum meorum Agenti, Coloniæ; Ille easdem libenter et fideliter Londinum curabit pferendas, cū adjuta petitione, ut si fieri possit, ex amicis alicui suis ita ipsas commendet, ut responsum vobis pcuret. Quod si nunc ad has gratum aliquod responsum Vobis reddat, sic ut certa spes foret collectæ alicujus obtinendæ, tunc forte, si facilior ejus pmovendæ ratio vobis non appareret, non abs re fuerit, si duo ex fratribus ad eam tanto magis pmovendam cum literis commendatitiis in Angliam ablegarentur: Ita tamen ut in itu aut pfectione S. D. resprū accedant, et à M. sua itidem literas commendatitias in eundem finem petant &c.

Atque hæc sunt Viri fratres, de qbus Vos interea dum responsum Bernā expecto, in antecessum pro responsione ad vras monendos esse putavi, ut eò tempestivius necessitatibus vris gsulere possitis: Nondum enim, ut videtur, licet aliqua liberationis spes à Septentrione adfulgere incipiat, horrenda hæc tantorū malorum tempestas pteriit: Igitur meo qdem judicio piè et prudenter feceritis, si in tempore coeperitis pulsare ut commiseraōis Chrianæ porta vobis aperiatur donec Deus nri misertus, veram nobis pacem reddat: Eundem animitus precor, ut hæreditatem à malis servis devastatam respiciat et in pristinam tranquillitatem propter nomen suum vindicet. Vosque, Viri fratres, sub umbra alarum suarum ptegat, propter Filium suum Dnm et Salvatorē nrum Amen:

Basileæ $\frac{13}{23}$ 9br. 1685.

Vobis ad oē xanæ Charitatis officium paratissimus.

Honorandis et Religiosissimis Viris, Verbi Divini in Ecclesia Ministris fidelissimis, fratribus in Dno charissimis

Francenthali.

264.

S. M. D. Schlöere: gratæ mihi fuerunt literæ tuæ omnes, nec ingratum officium, qd in novellis hebdomadariis transmittendis pstas nobis oibus. Faciamus vicissim quantum re licet hic circa. Ablicet ... usque non successerit conatus: tandem tamen be-